

in decreta nri provincie Computandum, de quo eiusdem nec-
cessarii tui testimonium per litteras nras recipias ad cancellam,
ad magnam regiam curiam cum omnibus rationibus tuis et
residuo, quod habebis, Debeas te conformare, assignationis dictis
magistris rationalibus quatuor generales introitus et exitus
tui et predictorum etiam mandatorum, quod, posita coram
eis de eodem officio in magna regia curia summaria ratione,
et de toto liquido residuo, ad quod Acta tua ratione discussa
te curie debitorem inveniri contingerit, per te totaliter satisfacto,
deinde statim ad ponendam rationem ipsam finaliter proceda-
tur.

[18.] Item quod omnia et singula ad officium iusticia-
riatus spectantia, que etiam in presenti capitulorum serie
non sunt expressa, fideliter et prudenter exequaris, predic-
tis constitutionibus et, in quibus constitutionum ipsarum
forma non invenit, veterum iurum sanctionibus et in
defectu eorum approbatis consuetudinibus, quibus predictae
constitutiones non obstant, inherendo.

Act. apud Nuceriam Clithanorum anno domini
et. mense maii xv. eiusdem xv. ind. [1272].

Limitia capitula facta sunt Nicoloso de Rido de Messana
militi iusticiario terre Bari.

Limitia facta sunt Matheo Iudici Rogerii de Salerno
militi iusticiario Calabrie.